

# IO. PETRI

Mollignati

I. C. VERCCELLENSIS  
ET REVERENDISS.

DE APPELLATIVA VERBORVM  
*utriusque Iuris significatione circa Legata,  
Testamenta, Iudicia, Contractus,  
& Delicta.*

TRACTATUS VALDE UTILIS,  
& practicabilis, ac Necessarius Causidicus, Procu-  
ratoribus, & Lectoribus.



P A P I A E,

---

*Apud Hieronymum Bartolum.*

M. D. LXXXVIII.

MO  
ILLVSRIS.  
ET REVERENDISS.

D.D. CONSTANTIO

SARNANO S. R. ECCLESIAE.

Cardinali amplissimo.



*Q*uo tempore à Serenissimo Ema-  
nuele Philiberto, qui nunc aeo  
apud caelitos fruitur aeterno,  
eiusq; mox filio Carolo Emanue-  
le pratoris munus Vercellis, de-  
inde Cresentini eximia eiusdem Caroli Ema-  
nuelis, comitisq; Titij liberalitate mihi assigna-  
tum exercebam: multa hinc inde graues in iure  
ciuili dubitationes ad me deferebantur, nodiq;  
difficiles propter ampliationem, aut restrictio-  
nem, ut ita loquar, vocum ad expediendum oc-  
currerant. Cumq; eo magistratu perfunctus in  
eadem ciuitate in earum fortunarum domicilium  
collocassem, Et nonnullorum nobilissimorum ci-  
uium precibus impulsus laborem sacrarum lu-

minady

A 2 stinia



# I O. P E T R I

M O L L I G N A T I .

I. C. Vercellenfis,

DE APPELLATIVA VERBORVM

Vtriusque iuris significatione,

Tractatus incipit.



**A**GGREDIOR appellatiuorum significationes, à cōsanguineis, amicis, auditoribusq; meis iam diu expectata, ac per me tādē magno labore elucubrata; non immemor quidē dicti grauisissimi, celeberrimiq; Iurisconsulti Io. Francisci Ripæ in l. admonendi, de iureiuran quo illi in eorum mihi quotidie factis petitionibus utebantur, videlicet, quod Cōdita decrescit, vulgata scientia crescit: dum mirarentur, nullum hucusq; extare scriptorem, qui de his appellatiuis adeo vtilibus & theoreticè, & practice libellum composuisset:

quem propterea ego ita eorum humanitate fretus pro posse edere curavi Quorum appellatiuorum materia quàm sit vtilis quàmque frequens, & necessaria, quotidiana docet forēsium causarum experiētia rerum magistra: maximè cum in omnibus penè occurrentibus casibus de his appellatiuis quaratur tam in foro ecclesiastico, quam seculari: adeo vt commendatione non indigeant. Quàm verè eadē latè pateat, sitq; subtilis, & profunda, ac in multifariis propeq; infinitis iuris partibus sit diffusa, satis liquet. Polliceor igitur, me in toto hoc opusculo breuitati studere velle, iuxta id quod dicitur apud omnes; Gaudent.

quoniam, de officio delegat.  
Et sic ad laudē omnipotentis Dei  
beatæque Mariæ semper Vir-  
ginis, ac sanctæ Catherinæ, cu-  
ius congregationi in hac inely-  
ta Vercellarum ciuitate, me to-  
to corde dicaui, & cuius fe-  
stum hodie celebratur, finem  
dedi his meis appellatiuis, hoc  
est primæ parti. Quæ legere nō  
dedignaberis, tum quia ea tibi  
& omnibus legentibus vtiliter  
proficient, cū etiam quia illa

& comoditaē & facilitatem stu-  
dendi dabunt. Postquæ statim  
per breuissimum tempus polli-  
ceor, in lucem secundam par-  
tem elegantiorē & copiosio-  
rem iurium & doctorum alle-  
gatione. Inde & statim emissu-  
rus quædam antecēnia, siue flo-  
res praxii, non modico labore  
iam compositos præter alia no-  
uiter inuenta & congestas suc-  
cessiuè intra biennium traden-  
da, Deo fauente.

**FINIS.**

*TICINI Apud Hieronymum Bartolum,  
De Consensu Superiorum.*

[Faint, mostly illegible text in the left column below the title]

[Faint, mostly illegible text in the right column below the title]